

340.

Bischof Johannes von Merseburg erhält vom Abt Heinrich von Pegau gewisse Güter in Stolpen und tritt an dessen Kloster den in zwölf Scobronen bestehenden und bisher von dem Grafen Dedo lehnweise besessenen Zehnten mit des letzteren Bewilligung in Karlesdorf, Dobergast und dem Vorwerk 5 Pegau ab, beleihet auch den Grafen Dedo zur Entschädigung dafür mit den genannten Gütern. — Zeuge: Graf Dedo.

1166.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsbibliothek Leipzig. Das bischöfliche S. ist sehr gut erhalten, Pegauer Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 13. Phot. H. St. A.

Gedr.: Naumann, Catal. MSS. 230.

10 C. : In nomine sanctę et individue trinitatis. Iohannes divina disponente clementia Merseburgensis episcopus universis Cristi fidelibus. Misericordia vobis et pax et caritas adimpleatur. | Ad hoc a provitore omnium bonorum deo, ecclesiasticę religionis nobis dispensatio credita est, ut religiosas diligamus personas et bene placentes deo religionem studeamus modis omnibus propagare, neque enim deo gratus aliquando | famulatus im-
15 penditur, nisi ex radice caritatis procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Ea propter ad noticiam tam presentium quam futurorum presentis scripti pagina permanere congruum duximus, qualiter Heinricus cenobii | Bigauigensis abbas septem mansos cum sex curiis in villa Stulpen nuncupata nostre contradidit ecclesię, quatinus cenobio suo decimam quandam, quam Dedo comes hominii iure a nobis susceptam possederat, eodem
20 annuente comite atque id ipsum attentius postulante quadam concambii ratione traderemus. Quia igitur iustis postulationibus equum est facilem prebere consensum, mansos cum curiis annotatis comiti iam dicto in beneficio concessimus, decimam vero que in Karlesdorf et in Dobergast et in ipso dominicali Bigauię, ubi duodecim scobrones dantur, persolvenda est, in usus fratrum perpetuos memorati abbatis delegavimus. Verum ut hec
25 nostra traditio in omnia tempora futura stabilis et inconvulsa permaneat, eandem privilegii nostri attestazione sigillique impressione firmavimus. Si qua ergo in posterum ecclesiastica secularisve persona contra hanc sciens venire presumpserit, semel ac secundo tercioque commonita, si reatum suum congrua satisfactione non correxerit, perpetuo anathemate feriat. Huius rei testes sunt. Ludeuicus Merseburgensis abbas. Uverenherus de-
30 canus maioris domus. Uuicbertus scolasticus. Waltherus custos. Theodericus advocatus. Dedo comes. Theodericus. Sigebodo et Fridericus fratres ministeriales regni.

Data anno dominicę incarnationis M̄ C̄ LX̄ VI, (SJ.) indictione XIII, regnante Friderico Romanorum imperatore augusto.

341.

35 *Kaiser Friedrich I. übereignet die Abtei Nienburg dem Erzstifte Magdeburg. — Zeuge: Markgraf Dietrich.*

Nürnberg, 1166.

Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Zerbst.

Gedr.: v. Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. 1,362. Stumpf 4065.

40 *Anm.: Die Urkunde ist von Stumpf (Acta Mag. Einl. XX), Varrentrapp (Christian von Mainz 129) und v. Heinemann für eine Fälschung erklärt worden. Ficker (Beiträge 1,165 und 216) ist eher geneigt, die Urkunde zu retten. Die*